



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

Il. D. Marinvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

tro Româ dimissum esse Crescentem, clarissimè docuere D. Innocentius in ep. ad Januar. Item Rupertus Abbas offic. c. 27. Genebrardus lib. 3. Accedit testimonium Moguntia antiquissimum hac Methodo scriptum:

Petrus Apostolici Coryphæus Culminis illum
Jussit apud Belgas Præsulis esse loco.

SECVLUM II.

II. D. MARINVS.

Primus à D. Crescente Moguntia Episcopus docuit D. Marinus Martyr, quem alij dixerunt Martinum, cuiusmodi vel error, vel nominis varietas sæpe irrepit in Seriem Romanorum etiam Pontificum, & aliorum in Historia notissimum Præsulum. Plura de hoc & aliis Episcopis sanè plurimis non sinunt scribere secula antiquissima, quibus libros suos & testimonia sacra abstulit tyrannorum plurimorum non modò in homines, sed & in quævis Orthodoxæ Ecclesiæ monumenta igne & ferro sævientium crudelitas: unde tam in hac, quàm sequenti Episcoporum & Archiepiscoporum Serie duplici Virorum nominibus potiùs, quàm gestis & meritis maximis Lectores oportebit esse contentos. Scdit D. Marinus an, 6.

III. D. Crescentius.	.	18.
IV. Cyriacus.	.	14.
V. D. Hilarius.	<i>sed. an.</i>	20.
VI. D. Martinus, II.	.	14.
VII. D. Celsus.	.	22.
VIII. D. Lucius.	.	10.

Seculum